



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sacrosancti Et Oecumenici Concilii Tridentini, Pavlo III.
Ivlio III. Et Pio IV. Pont. Max. celebrati, Canones Et
Decreta**

Tridentinum <1545-1563, Trent>

Coloniae, 1615

Regula VI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42415

Pauca de suo apponunt, sed aliorum dicta colligunt, cuiusmodi sunt Lexica, concordātiæ, Apophthegmata, Similitudines, Indices, & huiusmodi; si quæ habeant admixta, quæ expurgatione indigeant, illis, Episco pi, & Inquisitoris vna cum Theologorum Catholicorum consilio sublatis, aut emendatis permittantur.

REGULA VI.

Libri vulgari idiomate, de controuersijs inter Catholicos & hæreticos nostri temporis differentes, non passim permittantur, sed idem de ijs seruetur, quod Biblii s vulgari lingua scriptis, statutum est.

Qui verò de ratione bene viuendi, contēplandi, confitendi, ac similibus argumentis vulgari sermone conscripti sunt, si sanam doctrinam contineant, non est cur prohibentur, sicut nec sermones populares, vulgari lingua habitii.

Quod si hactenus, in aliquo regno, vel p uincia, aliqui libri sunt prohibiti, quod nō nullam continerent, quæ sine delectu ab omnibus legi non expediat, si eorum auctores Catholici sunt, postquam emendati fuerint permitti ab Episcopo, & Inquisitore poterunt.

REGULA VII.

Libri qui res lasciuas, seu obscœnas, ex professo tractant, narrant, ac docent, cum non solum fidei, sed & morum, qui huiusmodi librorum lectione facile corrupti solent, ratio habenda sit, omnino prohiben-

tur